



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtutes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lugduni, 1663**

Sectio I. De Irregularitate Receptiores sine lite Sententiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](#)

# LIBER LIII. IRREGULARITAS.

**D**E Irregularitate denique siue Censura sit, siue non (de quo infra) differendum. Exponam itaque Quid sit, & Quotuplex? Quale peccatum requiratur, vi incurritur? Quemnam verbis soleat iure ferri? Quenam exsistent ab Irregularitate, quae in puram paenam ob aliquam culparum imponitur. Quâ ratione contrahatur per illicitam Sacramentorum susceptionem? Ob malum Ordinum usum. Ob Heresim, Simoniam, aliâve crimina, vel Infamiam. Ob homicidium aut mutilationem voluntariam. Ob inuoluntarium homicidium. Ob defectum lenitatis. Ob Bigamiam. Ob natalium defectum. Et ob defectum corporis vel animi. Demum quoniammodo huicmodi Iuris impedimentum sit auferendum,

## SECTIO PRIMA.

### De Irregularitate Receptiores sine lite Sententia.

#### CAPUT I.

##### Quid, & quotuplex Irregularitas.

**R**EGULARITAS est, quedam inhabilitas iure Canonico introducta, directe (quantum est esse) impediens Ordinum susceptionem: & indirecte susceptorum usum. Dixi esse inhabilitatem, quia

eam contrahens, quantum per ius humanum fieri potest, redditur incapax susceptionis, ac usum Ordinum. In quo à Suspensione, aliâve censuris differt, quod hæc immediate, ac directe solum impedit usum alicuius potestatis, irregularitas vero, quantum fieri potest, tollit ipsam potentiam suscipiendi Ordinem, eoque vendi. Coninch d. 18. dub. 1. n. 1. & alij communiter.

Hinc tria sequi affingo. Primum, neque fac-

Nec familius, nec non baptizatus esse propriæ irregularitatis, nisi contrahere. Nec familius, nec non baptizatus esse propriæ irregularitatis, nisi contrahere.

Secundum, eum, qui absolute irregularis est, illicie facere ea omnia, que vium aliquis Ordinis requiriunt: contra vero (nisi impedita) illicie facere ea omnia, que illum nullummodo requiriunt. Quia irregularitas non inhabilitat ordinis ab Ordinis susceptionem, vel usum. Vnde potest suscipere omnia alia Sacraenta. Exterius, cere etiam solemniter minorum Ordinum actus, ac cum aliis Clericis solemniter canere Officium diuinum, exceptis iis, que ex Ecclesiis usum sunt Ordini certo deputata, qualia est Oratione præmisso: Dominus vobis, & quædam similia. Quia alia omnia etiam puri laici gerere possunt. Demum omnes actus iurisdictionis præter Sacramentalia absolutionem, & realem degradationem exercere: haec enim usum.

Sect. I. De Irregularitate Recept. Sent. 327

vsum Ordinum includunt. Coninch. d. 16. n. 11.  
& d. 18. n. 2. & 3.

<sup>4</sup> Tertium irregularem non priuari beneficio,  
Non est pri- iā ante accepto, eūfūe fructibus, modo officiu-  
natus bene- per se vel per alium præstet. At si id benefi-  
fio, sape- cium actus ipsi prohibitos requirat, eo pri-  
iunam pri- vandus est iuxta c. Si celebret, de Clerico exom-  
plicandus.  
Imo si nō speraret, breui le posse dispensatio-  
nem obtinere, teneretur beneficium resignare,  
præterim si hoc requireret, vt beneficiatus  
per se officiu faceret. Quia cum beneficium sit  
propter officium, male retinet, qui ad illud  
omnino ineptus est. Henitquez lib. 14, cap. 2,  
numer. 4. Suar. d. 40. section. 2. Aula part. 7. d. 2.  
dub. 6.

Alia irregularitas contrahitur sine vlo  
proprio acto ob aliquē corporis aut natalium.  
defectum. Alia vero ob proprium aliquem actū  
Quæ iterum subdividuntur in eam, quæ fertur  
ob aliquam culpam eam incurrentis: & in eā,  
quæ incurritur sine vla culpa, ob bigamiam,  
defectum lenitatis, &c. Rursum alia est totalis,  
quæ ab omni Ordine suscipiendo, aut exer-  
cendo perpetuo excludit. Alia autem par-  
tialis, quæ vel non impedit omne exercitiū Ordin-  
num (vt sit in Sacerdote, qui sine sua culpa  
perdidit pollicem, qui excepta celebratione,  
potest alia Sacerdotalia munera obire.) Vel  
non impedit in perpetuum; sic pueri sunt ir-  
regulares donec habeant aetatem legitimam pro-  
fingulis Ordinibus requisitam. Coninch-  
disputation. 8.dub.prim.numer. 8. & alij com-  
muniter.

CAPVT II.

*Quale peccatum requiratur, ad  
incurrendam Irregula-  
ritatem?*

**N**on incuria  
rit irreg-  
ularitas  
ob aliud  
unterram,  
internum incurritur. Qui nulli sunt Canones,  
quibus talis irregularitas feratur & rece-  
ptius est, dari non posse. Quia Pontifex actus  
mere internos punire non potest, vt aperte  
colligo ex cap. ultim. de Simon. Nec sufficit  
quisvis actus externus, sed, nisi in iure aliud  
exprimatur ( quod hactenus factum esse non  
video) requiritur actus suo in genere consum-  
matus Coninch disputat. 18. numer. 1. & d. 13.  
num. 7.

*Nec ob vte  
iale pecc  
ato.* De facto nulla irregularitas, quæ propter culpam ponitur, ob veniale peccatum incurritur. Quia cum grauissime poena sit non potest censeri, ob veniale crimen imponi: alias enim poena delicto minime responderet. Soto de inst. 5. q. 1. articul. 9. Nauar. summa. capit. 27 num. 252.

Imo nec incurti ob venialem culpam in-  
curi posse crederim. **Quia** Pontifex huius-  
modi peccata p̄scribens iniuste se gereret.  
**Imo** nec po-  
tentiā scilicet delictum superante. **Suar.** d. 40.  
**resti** ob ve-  
niale incur-  
s. 3. n. 17. Scio tamen Pontificem posse ir-  
ri.

regularitatem ferre ob aliquod veniale peccatum, cuius actus materialiter sumptus etiam sine peccato factus sufficientem indecentiam respectu Clericalis status contineret, ut ei posset irregularitas annexari. Verbi gratia. Pontifex posset statuere, ut per actum, quo aliquis fit bigamus, tum solum irregularitas incurreretur, quando aperte confaratur, in eo saltem venialiter esse peccatum. Quamvis hoc forte minus expediret ob difficultates, quae possent inde nasci. Quia in foro saltem externo numquam posset liciri, quando quis eam incurrisset, nisi ut summum ex rei confessione. Coninch d.18.n.14.

Potest contrahi irregularitas ex criminibus omnino occultiis. Quia Tridentinum sic. 24.

Potest contrahi irregularitas ex criminibus omnino oculis. Quia Tridentinum *sed.* 24. c.6. aperte supponit, cum concedit Episcopis facultatem in iis diligendis. Profecto dupl. citer potest alicui criminis irregularitas ame-  
eti. Primo per se: & hoc incurrit per tale crimen, quantumcumque sit occultum. Se-  
condo potest ei annexi quasi per accidens ratio-  
ne infamiae, quam adferit: & tunc sicut ad no-  
fert infamiam quarendum occultum est, ita nec  
inducit irregularitatem, Nauar. *sim.c. 27.n.19.4.*  
alios citans.

Qui dubitat, an irregularitatem contraxerit, ex quocumque capite dubium oriatur, (neppe an in iure tali facto sit statuta, vel an ipse taliter fecerit, ob quod constat irregularitatem contrahi) teneatur de veritate diligenter inquirere, quantum pro loco, & tempore commis-  
te potest, antequam quidquam agat, quod irregulari sit prohibitorum. Cap. Illud Dominus s. de Clerico excommunicato. Quando autem post diligentem inquisitionem manet dubium, an tali facto annexa sit irregularitas, qui id committit, in vitroque foro debet indicari irregularis non esse. Cap. I. quis. 18. de sentent. excommunicatione. Idem dicendum, quando quis post diligente inquisitione adhuc dubitat, an commiserit actum, cui annexa est irregularitas? Quia nemo bona fide suam libertatem aliae quamcumque rem possidens, tenetur se ea spoliare, nisi sufficienter conster, can perdidisse, seu alienum esse. Suar. d. 40. fol. 5. n. 4. Avila part. 7. disputatione 2. dub. 4. Coninch d. 18. num. 21. & 22.

CAPVT III.

*Quisnam verbis soleat in Iure  
Irregularitas ferri?*

**R**EGRULARITAS nunquam incurrit nisi in casibus à iure expressis. *Cap. ls.* qui 18. de *seni excom.* in 6. Vbi dicitur, irregularitatem nunquam incurri, nisi id in iure sit prescriptum.

## 328 Theologiae Moralis Liber LIII.

*capit. 2 iure scriptum: & consequenter nullus iure censetur  
expressis.*

*12 Ad dignoscendum, quod non per circumscriptionem hanc exprimitur, sed per circumlocutionem hanc exprimitur, quia antiqui nunquam eo verbo videntur, sed aliis modis per circumlocutionem hanc exprimitur. Attamen quia antiqui non per iure hanc imponunt, quando non antiqua iura hanc poenam imponant, quando non. Ego quidem ad id discernendum triplicem regulam apponam.*

*Prima sit. Quoties ius non imponit poenam incurriendam ipso facto, sed per Iudicem prescribendam, de irregularitate non loquitur. quodnonam iure hanc*

*Quia haec nunquam per sententiam fertur.*

*Quando vero ius censetur imponere poenam*

*panam imponant. Re. do vero per Iudicem imponendam, exprimit*

*gula prima. doce Coninch d. 33. num. 20. Suar. disputat. 40.*

*fol. 8.*

*Secunda. Idem dicendum, quoties verba Ca-*

*Regulae. nonis directe solam executionem Ordinum*

*prohibent ut sit Cap. 1. de ordinat. ab Episcopo,*

*qui Episcopatus renunciant. Tunc enim potius*

*fertur suspensus, aut depositio, quam irregula-*

*tatis, quae directe impedit Ordinum suscep-*

*tionem. Excipio casum, quo ex adjunctisclare*

*contrarium colligitur, verbi gratia, ratione*

*materiae ipsius legis: ut si agat de cau. ob*

*quem per alii iura sit irregularitas statuta, &*

*pateat, quod eandem poenam velit confirmare.*

*Suar. d. 40. fol. 8.*

*14 Tertiademum. Quando Ius statuit aliquod*

*perpetuum impedimentum, quod ipso iure in-*

*caturatur directe impediens susceptionem sta-*

*tus Clericalis, aut Ordinum, censetur ferre ir-*


*regularitatem. Quia haec in tali impedimento*

*directe constituit. Ex. gr. Si lex dicat, Quis quis*

*hoc fecerit, aut Quis quis talis defectum habue-*

*rit, nunquam ordinetur. Suar. d. 40. fol. 8. Coninch*


*d. 18. n. 26.*



## CAPUT IV.


*De iis, que ab Irregularitate ob aliquam culpam imposta, excusat.*

*15 Quae operantem a lethali excusant, sive sit crimen excusat, sive sit ignoratio iuris, vel facti, sive iustus metus, ab irregularitate libet, non incurrit nisi ob lethale piaculum. Scio, aliquos ab hac regula exciperem cum, qui etiam sine sua culpa secundo baptizatur: quia Cap. Qui bis, de conser. dif. 4, dicitur esse irregulariter, qui etiam ignoranter secundo vnde Sacra diluitur. Et Cap. Qui in qualibet 1. ques. 7. idem dicitur de eo, qui in quacunque aetate, aut bis, aut ab hereticis baptizatur. Attamen Canon prior est solum Theodori Cantuariensis, qui*



*non potuit irregularitatem constitutre. Posterior autem intelligendos est de qualibet aetate eorum, qui videntur ratione. Alter enim contradiceret Capiti Placuit, & Capiti Qui aet. 1. q. 4. Vbi expresso dicitur, eos, qui ante vnam rationis apud haereticos Baptizati sunt, hanc irregularitatem non incurtere. Coninch d. 18. n. 27. & alij communiter.*

*16 Exercens actum, cui annexa est in puram poenam irregularitatem, eam non incurrit, si invincibiliter ignoret actum iure Ecclesiastico esse prohibitum, licet prohibitum sit iure natura. Quia Cap. 2. de constitutionib. in 6. aperite dicitur non ligari ignorantes Ordinacionis constitutionibus. Unde aperite sequitur, ignorantem aliquam legem, nec ea, nec eius poena teneri. Coninch d. 18. n. 29.*



## CAPUT V.

*De Irregularitate ex illicita Sa-*

*mentorum susceptione.*

*17 Vt voluntarie secundo bapti-  
zator, aut alium baptizat, aut rebaptizanti ministrat, fit irre-  
gularis. De rebaptizato patet baptizans, Canon. Eos, de conser. distinct. 4. irregula-  
tis. Qui generatim omnibus rebaptizatis hanc poenam imponit. De rebaptizante Can. Ex litterarum, de apostol. Sylvestri. Irregularitas, nub. 6.  
Suar. 10. 3. d. 3. fol. 6. dub. 3.*

*Vt ministrans rebaptizanti hanc irregula-  
ritatem incurrit, crimen debet esse publicum  
uti exprimit textus. Rebaptizans vero irregu-  
laris est, etiam quando factum est occultum.  
Potest tamen in hac poena Episcopus dilpen-  
sare iuxta Trident. fol. 24. c. 6. Sicut etiam can-  
ministro, qui post hanc irregularitatem con-  
tractam Religionem ingreditur. Cap. Ex litterarum, de apostol. Sylvestri. Irregularitas, nub. 6.  
Suar. 10. 3. d. 3. fol. 6. dub. 3.*

*18 Verum ad huiusmodi poenam incurrandam,  
non sufficit, ceremonias Baptismi iterari, sed  
necessum est reciter ipsum Baptisma. Vnde  
patet non incurrit hanc poenam, qui reitera-  
ret solam externam materie ac forme appli-  
cationem sine intentione baptizandi. Quia  
talis nullatenus rebaptizat nisi secundum ex-  
ternam quandam apparentiam. Suar. 10. 3. d. 31. fol. 6. dub. 4.*

*Nec irregularitatem incurrit, qui rebapti-  
zat sub conditione. Si non es baptizatus, etiam  
eum, quem scit baptizatum esse. Quia non ha-  
bet animum vere rebaptizandi, nec potius no-  
gandi, vel simulandi Baptismum. In foto ta-  
men externo talis puniri posset tanquam re-  
baptizatus, quando constaret, hunc esse diluti-  
cognosse. Quia habetur haec conditio tan-  
quam non apposita, & iudicaretur, serio vo-  
luisse rebaptizare, & conditionem loco  
adiecisse: nisi aliunde contrarium apparet.  
Coninch*

*Don. fol. 6. dub. 4. fol. 6. dub. 5.*

*19 Non suffici-  
ceremonia  
Baptismi  
iterari, id  
reiterare  
rebetur. fol. 6. dub. 4.*

*Exercens  
ordinem  
ut, in  
plac. fol. 6. dub. 4.*

*20 Don. fol. 6. dub. 4. fol. 6. dub. 5.*

*21 Non suffici-  
ceremonia  
Baptismi  
iterari, id  
reiterare  
rebetur. fol. 6. dub. 4.*

*22 Non suffici-  
ceremonia  
Baptismi  
iterari, id  
reiterare  
rebetur. fol. 6. dub. 4.*

*23 Exercens  
ordinem  
ut, in  
plac. fol. 6. dub. 4.*

# Sect. I. De Irregularitate Recept. Sent. 329

Coninch disputation. 18. num. 38. & alij communiter.

<sup>21</sup> Baptizatus ab hereticis irregularitate incurrit. Cap. Qui in qualibet 1. dist. 7. Exculcat ignorantia. Cap. Placuit. & Qui apud 1. q. 4. Idem dixerim de necessitate, quæ exculat à culpa. Quia propter culpam illa poena incrementor. Et secundum hæc intelligo Cap. Qui in qualibet, de qualibet ætate discretione ventionum. Est omnino.

<sup>22</sup> Adulti baptizati in ægreditudine ob periculum mortis non possunt ordinari Presbyteri, nisi fidem, & studium suum probarent, probitate scilicet vitezavant nisi Sacerdotum sit inopia, c. i. dist. 57. Viderunt tamen tunc requiri dispensatio Episcopi, vt de ordinandi dignitate publico iudicio constet. Doctores convenient.

<sup>23</sup> Qui furtiuè ordinatur irregularis fit saltē quo ad ascensum ad altiores ordines. Cap. 1. de eo, qui Ordinem furtiuè suscipit. Potest tamen cum eo Episcopus dispensare, nisi fuerit sub poena excommunicationis prohibitus, ita ad Ordines accedere. Dicitur furtiuè ordinari qui dolo obrundit se Episcopo ordinanti, persuadendo se esse alium, quam sit aut qui prius dum vocatur ad examen, curat, aliū suo nomine examinari, & postea vocatus sicut se pro eo, qui examinatus fuit; vel quacunque aliatione efficit, vt Episcopus eum ex errore personæ pro alio ordinet.

<sup>24</sup> Qui post Martinionum contractum ratu etiam ante consummationem (nisi in Religione approbata professus sit) invita uxore, Sacros Ordines suscipit, irregularis fit, & ab ordine sic suscepito suspenditur. Si tamē in Religione approbata proficeatur, poterit cū eo Episcopus dispensare. Nonnulli alias irregularitates adferunt huic capiti concorrentes, sed eas haud satis probant, cum nullum ins, in quo exprimantur adferant. Coninch disputation. 18. numer. 44. ex communī Doctorum.

## CAPVT VI.

### De Irregularitate ob prauum Ordinum usum.

<sup>25</sup> LERICVS exercens Ordinem, quem non habet, fit irregularis quod ad ascensum ad superiorres. Cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato. Manet etiam per biennium, aut triennium iuxta Episcopi arbitrium suspensus Ordine dignissimo, quem habet: non autem ab aliis, vt aperte colligo ex cap. 2. c. 2. Stuar. disputation. 40. section. 4. num. 4.

<sup>26</sup> Porro ad hanc peccnam incurrandam, debet id Ordo exerceri cum ea solemnitate, ac modo, quo à laicis exerceri non potest. Hinc laicus exercens actus minorum Ordinum etiam cū omni solemnitate, aut canens Epistolam etiā

Eccles. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

cum damalica sine manipulo, aut baptizans sine solemnitate, irregularitatem non contabit. Quia hi non sunt actus Ordinis, dum sic sunt. Præterea debet hic actus fieri non solum cum peccato mortali, (sine quo hæc potest non incurritur) sed etiam serio. Qui enim ioco eum exhiberet, etiā peccaret, non tamen irregularis fieret. Aula p. 7. d. 9. d. 13. ex communi.

<sup>27</sup> Violans censuram aliquam actum Sacri Ordinis exercendo, irregularis fit. Cap. de sent. Violans c. & re indicata in 6. Cap. s. qui. Cap. Is. cui de suram per sentent excomm. in 6. Per actus vero minorum actum Or. Ordinū non incurritur. Quia possunt à laicis actus Sacri, etiam cum omni solemnitate exerceri, atque irregularis ex cœsitudine desiderie alicui Ordini esse pro. eß. prij. Est omnium Doctorum Scio, varios alias adferri casus, sed à suis Authoribus non probati.

## CAPVT VII.

### De Irregularitate ob heresim, simoniam, altâve criminis, vel ob infamiam contracta.

<sup>28</sup> Eretici non possunt ad ullos Ordines promoueri, etiā post Heretici penitentiam trascram. c. Sa. sunt irre liberrimum 1. q. 7. Vbi dicitur, gulares. Clericos ab heresi reverterentes ad Ecclesiam debere pro magno beneficio habere, si sine villa promotionis causa in suo onore permaneant. Est communis.

Idem dixerim de fautoribus, & receptatoribus hereticorum, eorumque filiis usque ad secundam generationem. Cap. 2. §. Heretici, fautores, & Hæc autem intelligo de iis, qui faciunt heretici filii. Nam si quis hereticum domi recipere, quia pauper, aut frater ipius est, & ei in re aliqua iusta faueret nullomodo ad heresim spectante, nullam peccnam incurret. Hoc autem ius per cap. Statuum, t. 5. l. imito, vt constitutio illa circa descendentes per lineam femineam, solū habeat locū in prima generatione: in secunda vero solū respectu illorum, qui per lineam masculinam descendunt. Itē vt nō habeat locū respectu filiorum, quorū parentes ante mortem Ecclesie recosciliati, Catholicis obiēti. Henr. l. 14. 2. 5. n. 4. citans Simanchas, Nauarrum, & alios.

<sup>30</sup> Qui iure infames sunt, irregularitate puniuntur. Cap. Infames 6. q. 1. Iuris autem infamia duplice incurret. Primo, per Iudicis sententiā in famiā invenientis. Secundo, per commissionē criminis, cui à iure infamia est annexa, quando illud est publicum. Huiusmodi crimina sunt perjurii in iudicio, simonia, Sodoma, improbū fœnas, in quo usura usuraria exiguntur, Sacrilegiū, duellū, heresis, eiusq; favor, crimē læz̄ Maiehati, persecutio hostilis Cardinaliū. Imo duo ultima cōmittentium filij Ff arque

# 330 Theologie Moralis Lib LIII.

atque etiam nepotes descendentes per masculinam lineam sunt infames. *Cap. Felicis de pensis in 6. & Leg. Quisquis, §. Filiis, C. ad leg. Iuli.* Permanet autem haec infamia, & consequenter irregularitas etiam poenitentia peracta. Debent vero haec crimina esse publica, c. vii. de temporib. ordinandor. Quia citem occultu non parit infamiam. *Nauar. sum. c. 27. nn. 24.8.*

Coninch d. 18. n. 56.

**31** Alia crimina, que iurius infamiam non habent annexam, irregularitatē non inducunt, infamia ir- quāvis quia publica sīt, suos autores infra- regularita- mentis tātu inducunt aliquod impedimentū inducunt. tum ob indecentiā, propter quam tales a. vlt. citato, ordinati prohibētur, donec per poeni- tiā infamiam eluerint; quare hac posita, omne impedimentum tollitur. *Nauar. c. 27. n. 204.*



## CAPVT VIII.

### De Irregularitate ex homicidio aut mutilatione voluntaria.

**32** *VLLVS conatus occidendi per se, vel alium adhibitus sufficit, ad inducendam irregularitatē nisi mors, aut mutilatio defacta sequatur. Quia illa solum est lata pro iis, qui occidunt, aut mutilant; nullus autem, quācumcumque conetur occidere, potest dici occidisse, nisi nec sequatur. Idemq; de mutilatione dicendū. Infero, irregularē nō es- se eum, qui alium lethaler vulnerauit, si ita ex aliquacu (v. gr. tormento diceruptus) ita subito occidatur, vt ratione prioris vulneris nullatenus citius obeat: secus si citius. Quia in hoc casu alter in ipsius occisionem influit, in priori verò non. Aula hic, d. 6. set. 3. dub. 4. concl. 2.*

**33** Voluntariē aliquem occidens, aut mutilans, irregularis est. Patet ex tit. de homicidio. Ad hanc vero irregularitatē nō sufficit grauis vulneratio cū copiōla sanguinis profusione, aut deformitate sequuta, nisi sequatur mors, vel mutilatio. Quare non sufficit aliquem ita vulnerare, vt aliquod membrum ei reddatur inutile, nisi abscindatur, aut saltē ita traectetur, vt plene moriat & debeat abscindi. *Nauar. sum. c. 27. n. 223. Sotus l. 5. de iust. q. 2. a. 1. Suar. d. 44. set. 2. n. 6. Henr. l. 14. c. 8. num. 4. Aila p. 7. d. 5. set. 1. dub. 2.*

**34** Receptori vero ex sententia, membrum dicuntur solummodo ea pars corporis, quæ per se habet aliiquid distinctū officiū in corpore, qualis est manus, pes, &c. Vnde digitos membra non esse iudico, sed mētri partes idēque de auribus, naso, &c. sentio. *Nauar. cap. 27. n. 206. Couar. in Clement. si furiosus, de homic. p. 3. 8. Aula p. 7. d. 5. dub. 1. Henr. l. 14. c. 8. num. 1.*

**35** Qui sibi sponte notabilem partem digiti abscindit, aut se ipsum castrat, aut castrati permittit, est irregularis. Secus si ex necessitate vim patiens, aut morbi depelendi causa haec patiatur. Habetur expreſſe *cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. dif. inſtit. 33.* Vnde constat, aliquem

facilius fieri irregularē se ipsum ledendo, quā si alium lādat. *Coninch disput. 18. n. 6. 4.*

Abortum procurans post factus animatio- nem irregularis est. Secus erit, si id ante ani- mationem fiat, vel in priori calu effectus nō sequatur. *Quia tunc non committitur homi. Et prouia- cidiū. Cap. Sicut ex litterarum, 20. de abortum.*

Apponens sponte causam, ex qua videt, alteri mortem fecuturam, v. gr. dando ei venenum, &c. irregularis fit, quantumcumque ante illius mortem facti peniteat, & eam impedit conetur, si mors de facto sequatur. *Quia vere est homicida. Omnes fatentur.*

Idem dixerim de iis, qui mandando, consilēdo, incitando, animando occisorem, aut simili ratione sīt causa mutilationis aut homicidij. *Cap. Si quis viduam diff. 50.*

Qui suadet alicui, vt alium interimat eo modo, iisque circumstantiis, quibus invasori nullum probabile immūner periculum, vt si suadeat hoc clā ex loco tuto facere, aut dato veneno, ita vt nemo id scire possit, & aler habeat facultatem id facile ita gerendis hic casu occidatur, alter non fit irregularis. *Quia illius mors huic nullo modo dici potest volun- taria, cum nullatenus poterit eam previdere. Cum Hostiensi, & Innocentio Aula p. 7. d. 6. set. 2. dub. 5. concl. 4.*

Qui volenti occidere, cū hoc aliter nequeat impeditre, suadet, vt potius mutilet, irregularis nō est. *Quia nec peccat, nec deficit in lenitate, sed hanc potius exercet. Idem affero de eo, qui reo lenta, duraque morte plectendō à Indice impletat celeriorem, aut faciliorem. Vt. gr. vt potius plectatur capite absclifo, quam suspenso. Quia hī potius est abundantia, quam defectus lenitatis. Suar. d. 45. set. 3. n. 1. Coninch d. 18. n. 69.*

Quando multi aut certo consilio, aut subi- to coorta rixa, simul vnum aggreduntur, si hic occidatur, omnes sunt irregularēs, et si ille vniuersalē vulnere à certa persona influito inter- rimatur. *Quia hi omnes ad necem ipsius vere sunt cooperati, pāctim sua ope animando occisorem, partim impediendo, ne alter posset se defendere. Secus est de eo, qui alicui vulnus non lethale inflixit quem alij possea lo- peruenientes occiderunt. Quia prior percū- tens non potest dici causa, sed solum occa- sio mortis alterius, nisi dum vulnus inflig- bat, potuit facile prauidere, iſsum hac occa- sione interrimendum. Et hic est casus e. Signifi- casti 18. de homic.*

Irregularis fit qui desinit impeditre occisi- nem, aut mutilationem eius, cū hī, & nūne ad hoc faciendum ex iustitia obligatur. *Et qui de- finit impeditre occidiū, aut iustitiam debet, non tam iustitia, sed iustitia debet. Quia est vere causā mortis alterius subtraheōna- riū, ex iustitia ipsi debitum. Et communis, et defendere, exprimit Lessi. de iust. c. 9. dub. 1. 3. diligatur.*

## CAPVT

# Se<sup>t</sup>. I. De Irregularitate Recept. Sent. 331

## CAPVT IX.

De Irregularitate ex homicidio  
casuali, aut ob suam, suorum  
ve defensionem.

43. **Homicidiū casuale** dicitur, quod ex ali-  
qua facto præter operantis intentionem  
sequitur, ut si iaculans in feram, casu intermitat  
hominem. Porro is, qui etiam præter intentio-  
nem, ex culpa lata, seu peccando mortaliter in  
negligentia cauerit eum casum, irregularis fit.  
*Cap. vlt. de homic. in 6 Nec sufficit leuis culpa.*  
Quia cum irregularitas sit pena gravis  
culpam supponit. Omnes fatentur. Et existimo  
definitu<sup>r</sup> esse. *Quesitum 7. de paenitentia.* Vbi  
deciditur, parentes secum dormientes infantes  
noctu inter dormiendum opprimentes, non esse  
irregularis, et si hoc aliqua coru<sup>r</sup> incuria, qua  
penitentiam metatur, evenerit, nisi ea neglig-  
entia fuerit studio<sup>a</sup>. Quod verbum aperte  
significat, eā negligentiam saltem debere esse  
saltem, sive culpam lethalem continere.

44. Qui dāo operā rei licite omnino casu, aut  
saltem sine lata culpa aliquem occidit, non fit  
regularis. Idem dicendum de eo, qui cum mo-  
dus operā deramine iustæ tutelæ aliquem interimit pro  
inlicitate, sive  
ne lata cul-  
pa occidit.

45. **Nec dāo** operam rei illi-  
cīte, irregularis nō est, nisi ea actio hīc & nūc  
ita sit periculosa, vt grauiter pœnit contra ius  
nature precīs ratione periculi occidendi, cui  
hīc & nūc, ita operando, se exponit. **Quia** vt  
habetur c. 18, qui 18. de sent. ex com. in 6. irregu-  
laritas nunquam incurrit nisi in casibus iu-  
re expressis. Atqui nūlo iure est expressum  
talem fieri irregularē extra casum à nobis  
expressum. Sā v. Irregularitas, ex deformitate.  
*Salon. 1. de ins. q. 64. a. 8.*

46. **Debet** culpa esse mortalīs præcisē ratione  
periculi, cui occidēs volūtarie se exponit. **Quia** vt  
ob hanc præcisē incurrit hāc irregularitas,  
quæ quando ob culpam fertur, requirit mor-  
talem, cum sit grauīs pena. Colligitur aperte  
periculi. *ex c. Quesitum*

47. Irregularis non est, qui cū moderamīs iu-  
stæ totelæ occidit alterū in defensionē inno-  
mīs, qui centis præstertib⁹ propinquī. **Quia** hāc  
occidit in occisiō est omnino inculpata, & quodammo-  
dū defensionē necessaria, & consequenter inuoluntaria.  
*innocentia.* *Lessius c. 9. dub. 13.*

48. Idem dicendum de occidente cum modera-  
re occidēs minē iusta tutela conante sibi pudicitiam,  
comanē si honorē, aut bona temporaria magni momē-  
bitudinī ti eripere. **Quia** sit illa culpa. Irregularis,  
bonum reme, tas vero cum pœnalis sit, non incurrit nisi  
ob culpam. *Suar. d. 46. sent. 2. Lessi. c. 9. dub. 11.*  
*& 12.*

*Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

## CAPVT X.

De Irregularitate ob defectum le-  
nitatis.

49. **V**i aliquem ad mortem con-  
demnat, hac secuta, sit irregularis ad  
mortem. *Alium ad*  
*ris cap. 1. dist. 5 t.c. 2. de homic. in mortem con-*  
*demnans sit*  
6. Vbi hāc irregularitas non  
statuit, quam statuta sup*irregularis*,  
ponitur. Eā vero non incurrit Princeps ci-  
vilis, vel Ecclesiasticus, qui statuit Iudices: aut  
alicui in genere, aut etiam in facto particuli-  
committit cognitionem, & iudicium criminis  
capitalis. Secus si committeret solam executio-  
nem sententiae latæ. Quia tunc die et inberet  
occidi. Nec etiam qui in genere Iudices ad fa-  
ciendam iustitiam hortatur, etiam si sciat, mor-  
tem reorum fecutram. Nec qui fert leges,  
quis certis criminibus pena mortis statuitur.  
Nec Iudices Ecclesiastici, qui degradatum, aut  
alium haereticum condemnatum brachio sa-  
culaci tradunt. Debent autem pro eo interce-  
dere, ne morte plectatur, nō tam' vt morte im-  
pediant, quod sepe sciunt, licite fieri  
non posse, quam vt ostendant, se ex parte  
sua eam non querere. *Cap. Nouimus, de verbō*  
*signific.*

Irregularis, morte secuta sunt, qui efficaci-  
ter in mortem rei directe influunt, sive con-  
currēdo ad sententias capitalis executionem,  
morī dire-  
vel latiōnem. Tales sunt accusatores, Testes,  
aduocati, notarij sententiā dictantes, scribē-  
laries, recitātes, aut eidem subscribentes. Secus est  
de famulis, qui eam excipiunt. **Quia** nullam  
authoritatē ipsi addunt, & cōsequenter neque  
in eam influunt. *Avila part. 7. d. 5. sent. 1. dub. 1.*  
Itē tortores, & lictores physice ad mortē con-  
currentes, extrēmēs foci quo viā comburendi  
sunt, & similes. Non tamen ij, qui ligna, gla-  
diōs, funes, &c. vendūt, quibus alios interficiē-  
dos sciunt. **Quia** nimis remote concurrunt.  
Imo nec faber, qui foream erigit, nisi tanquam  
officialis iustitiae ex officio id faciat. Nam cō-  
munis faber nimis remote concurrit. Idem di-  
xerim de vendente tortori gladium, aut arma  
militi ad bellū eunt: multoq[ue], amplius de eo  
qui comburendo impetraret mortem leniorem  
& celere, ut dixi.

Irregularis non est, qui indirecta tantū est,  
causa mortis. Nempe qui accusat eum, à quo  
injuriam est passus. Aut qui si acculans qua-  
tenus hoc est hic & nūc necessarium, ne in-  
nocens grauē mali incurrit. **Quia** hic est me-  
ra defensio innocentis cum moderamīs iusta  
tutelæ, ex qua irregularitas non incurrit.  
**Quia** cui conceditor aliquid, censentur etiam  
concedi ea omnia, quæ ad id sunt necessaria,  
ne concessio sit inutilis. Unde colligo, item se  
licite defendantem, cūlque aduocatum, &  
testes non esse irregularēs, et si accusans defi-  
cientis in probatione morte plectatur. Imo et si

Ff 2 vt

## 332 Theologiæ Moralis. Liber LIII.

vt contra eum excipiant, ei vera crimina obli-  
ciant, ob quæ morte puniatur, quando id ad  
instanti defensionem est omnino necesse,  
riam, & modo ipsi aperte ostendant, se  
nullo modo pepercere alterius sanguinem. Secus  
eles, si alia ratione possit periculum evadere.  
*Sua. d. 47. s. 4. n. 8.*

**s. 2** Qui in bello insto, & offensivo alios genera-  
tio-  
Nec qui tim hortatur ad pugnandum, (quod etiam Cle-  
hortantur  
ricis licet ex c. 7. 8. 9. 23. 9. 8.) imo etsi hor-  
tetur in genere ad occidendum, modo non  
in bello in-  
ad occiden-  
ficio pugna-  
ti. Item qui in eo pugnant, etsi Clerici sint, &  
dam, imo  
percutiant, non sunt irregulares, nisi aliquem  
occident, aut muriunt. Quia tunc solument  
ad irregularitatem ex lenitatem defectu con-  
trahunt. *Cap. Petitiō 24. de homicid. Dixi, in*  
*bello offensivo*, quia qui in bello mere defensi-  
vo occidit, non fit irregulus, quando id est ne-  
cessarium ad partem, aut Reipublicæ defensi-  
onem. Tunc enim etiam Clericis haec licent, ut  
patet ex *Cap. 2. de immunit. Ecclesiast.* Quia  
hic est vera innocentis defensio. *Suar. disp. 47.*  
*scilicet 5. cap. communī.*

**s. 3** Ad hortantes vero ad bellum iniustum, aut  
Secus ad in eo pugnantes, imo, pugnantium Sarcinas  
hortantes, custodiētes, irregularitatem contrahant ho-  
vel pugnan-  
tes in bello  
iniusto. custodiētes, irregularitatem contrahant ho-  
micij, aut voluntarij, si aliqui ex parte hostiū  
occidantur: aut casuālis, si tantum aliqui ex  
eorum parte necentur. Quia omnes sunt vna  
causa moralis, dum se mutuo excitant. Coninch  
*d. 18. n. 9. 8. & alijs communiter.*

matrimonium licet inualidum, & cum Virgine  
*c. Quotquot 27. 9. 1.*

Nemo per villum matrimonium fit bigamus, Matrimo-  
niū  
nisi consummatum perfecta copula sit. Nec  
is, qui duxit alteri prius nuptam, sed incon-  
summatum. *Debitum, de bigam.*

Hæc quidem irregularitas incurrit a ba-  
prizato per matrimonia ante baptis-  
tum contracta. *c. si quis viduam, diff. 25.*

In petenda vero dispensatione sufficit dicere, aliquem contraxisse bis, etsi quartu contra-  
xiſſet. *Aula p. 7. d. 8. dub. 4.*

**s. 4** *Sufficiū in*  
*dispensatio-*  
*ne pende-*  
*re, aliquem contra-*  
*xixiſſet. Aula p. 7. d. 8. dub. 4.*

## CAPVT XII.

### De Irregularitate ex Natalium defectu.

**M N I S** illegitimus est irregu-  
laris, nisi fiat Religiosus: tunc Omnia  
enim potest ad omnes Ordines, promoueri, non tam ad Pra-  
irregulari-  
laturam o. v. de filiis Presbyteror.

Expendam itaque quinam ad hunc effectum  
illegitimi dicantur.

Illegitimi sunt nati à parentibus, inter  
quos tunc hand erat matrimonium. Excipio *Quia*  
*natum* à parentibus, qui publice contraxeré, illegita-  
mū  
invalide quidem ob occultum impedimentum,  
si modo alterutus parentis bona fide contrax-  
erit, talis enim absolute legitimus reputatur.  
*Cum inter Cap. Ex te ore; quia filii sunt legitim.*  
Secus etsi, si clavis contraxisse, aut parentes  
vterque cognovisset impedimentum, *cap. Cum*  
*inhibitio, Parag. Si quis de clandest. de posuit,*  
*Clandestinum autem matrimonium ad hunc*  
*effectum dicitur, quod etiam coram Parochio &*  
*duobus testibus contrahit, si sine dispensa-*  
*tione omittantur denunciations ab Ecclesia*  
*adhiberi solite ad impedimenta dignoscenda.*  
*Quia Pontifex ibi & sequenti vocat etiam clan-*  
*destinum cui Parochas interest. Omnes Sic.*

**54** **M N I S** bigamus irregu-  
laris est, non propter culpam  
Bigamus  
unde irreg-  
ularis.

**55** **D e triplici** **b i g a m i a** **v i r a , i n t e r -**  
**p r e t a t i n a , & s i m i l i t u -**  
**d i n a r i a .**

*Proles solcepta ex valido matrimonio quā-  
tumcumque illegitimi contrafacto, etiam  
contra votum simplex castitatis utriusque pa-  
rentis aut post illegitimum, alterius parentis  
ordinacionem, aut professionem sic lucepta,  
legitima quidem est. Quia nullo iure illegiti-  
ma esse probatur. Verbi gratiā, si aliquis  
contracto valide matrimonio, initia vxore,  
Sacris initior, aut post matrimonium consum-  
matus in Religione profectetur, non con-  
fusat illis, quæ Ius præcerbit, quo calv profec-  
tio nulla est, & in vitroque calv cognit ad  
vxorem redire, & proles ex illis lucepta est le-  
gitima. Secus si suscipiat post legitimam  
parentis ordinacionem, aut professionem, *cap.*  
*Litteras de filiis Presbyteror. Suar. d. 50. s. 2.**

**P**roles nata illegitima, per subleque sm. illegita-  
trinū inter parentes valide contracta sit per suble-  
absolute legitima, nisi etiam suscipiat, in quæ cas-  
ter parentes impedimentum dimiserint, si legi-  
deret, *Cap. Tanta, qui filii sunt legitimi. Si vnu resu-*  
*impedi-*

**ESCOL**  
**Theol. P.**  
**Tom. VI.**  
**ET LV**

## CAPVT XI.

### De Irregularitate ex bigamia proveniente.

**54** **M N I S** bigamus irregu-  
laris est, non propter culpam  
Bigamus  
unde irreg-  
ularis.

**55** **D e triplici** **b i g a m i a** **v i r a , i n t e r -**  
**p r e t a t i n a , & s i m i l i t u -**  
**d i n a r i a .**

*Bigamia est triplex. Prima vera, quando quis  
valide contraxit cum duabus, & consummatum.  
Et de hac nulla est dubitatio. Secunda est In-  
terpretativa, quæ varia est. Primo quando quis  
contraxit cum aliqua, quæ ab alio, quam ab ip-  
so est cognita. *Cap. Curandum diff. 34.* Secun-  
do quando quis cognovit vxorem suam post  
commissum ab ea adulterium. *Cap. Si laici*  
*& Cap. Si eius uxorem, diff. 34.* Videtur ramen  
ibi requiri, vt adulterium, si notoriū,  
vel saltē in iudicio probabile. Scio tamen  
communiter Doctores afferere, etiam ocul-  
rum sufficere. Tertio, quando constitutus in  
Sacerdoti contrahit secundas nuptias, aut cum vi-  
dua quantumvis invalide. *Cap. Nuper. & cap.*  
*vt. de bigam Tertia est Similitudinaria, quando*  
*quis post votum solemne castitatis contrahit**

# Sect. I. De Irregularitate Recept. Sent. 333.

impedimentum superuenire post conceptionem ante nativitatem, eo sublato per subsequens matrimonium, proles legitimaretur. *Suar. d. 5 o. sect. 1. n. 3.*

63 Quando dubitatur, num aliquis sit legitimus, talis est reputandus. Quia defectus non imputatur, nisi probetur. Hinc explicitij possunt se reputare legitimos, cum etiam ob inopiam parentum sepe exponantur. *Henride irregul. 6. 8. in Glos. 1st. K. all. erit, Gregorium XIV. in quadam bulla hoc statuisse.*

64 Is, qui publicè presumitur legitimè natus, non tenetur credere matri dicenti esse illegitimum, nisi id aliae circumstantiae probent. Si taliter non meo credit, non poterit Ordines suscipere. *Lessius capit. 10. numer. 51. Coninch disputat. 18. numer. 105.*

## CAPVT XIII.

### De Irregularitate ob corporis, vel animi defectum.

65 **Q** uiam illiterati, aut maliti irregulariter, aut non sine periculo, aut scandalo aliorum functiones alieni ordinis exercere, sit respectu illius irregularis. *c. 2. de Cler. agrot. Hinc amens, aut omnino illiteratus ad omnes Ordines, & quicunque ad eum, respectu eius non habet sufficientem scientiam, est inhabilis. Trident. sess. 23. c. 4. i. 3. & 14. Item mutus, cecus, carens manu, pollice, altero oculo, naribus, &c. leprosus, ut fecundo aliquo morbo laborans, manus ita, ut sine fulcris altari adstare nequit, sunt irregularares. Præterea ad Sacerdotium inhabiles, qui pollicem, aut anteriores digitos ita habent debiles, ut sine periculo hostiū teneri, aut frangere, calicem eleuare non valeant. Si tamen defectus ordinato superueniant, tantum prohibent eum Ordinis solum, quem sine scandalo aut periculo exercere non possit. Hinc Sacerdos cœcus poterit confessiones audire. Omnes.*

66 Qui semel fuit à dœmone arreptus, aut infuriam incidit ratione indispositionis organorum cerebri, nunquam potest ordinari. *c. 3. 4. 5. dist. 33. Si tamen post ordinationem in furiam, vel epilepsiam incidat, poterit ministrare, postquam iudicio prudenter, ac præfettum Episcopi sufficienter censem curatus, ut sine periculo ministrare valeat. Phrenes autem ex subita vi morbi orta statim ac transfit, nullam irregularitatem inducit. Est omnium.*

67 **Q**uid de defectu membrorum? Defectus, vel carentia membra non inducunt deformitatem, aut impedimentum ad functiones Ordinum, irregularitatem non inducit. *Cap. 3. 5. 7. de corpore viatis.*

68 Servi ordinari non possunt, nisi prius à dominis manumittantur. *Quod si, domino scienti, non te, nec contradicente, seruus ordinetur, hoc possunt, nisi ipso sit liber, si autem eo in scio initietur Sa- Euseb. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.*

cris, liber sit, sed Episcopus, si fraudis sit con-  
scius, aut aliis eum praesentans, tenetur domi-  
no duplo restituere. *cap. Nulli. Cap. Si ser-  
vus, sciente. Cap. Si seruus absente. distin-*  
*ction. 54.*



## CAPVT XIV.

### Quomodo Irregularitas tol- latur?

69 **Q** uæ posita est ob merum aliquem defe-  
ctum conditionis requisite, verbi gratia ob meru-  
tiæ, ob defectum eratis, scientie, libertatis: his  
defectus con-  
acquisitis tollitur. Quare non inepte nominul. *dictio* re-  
li hinc non esse propriæ irregularitatem esse. *quisista, sub-  
lato eo, tol-*

70 Nulla proprie tollitur per Baptismum. *litur.*  
Quia ante eum nulla contrahitur. Quia tamen fe-  
tetur ob aliquod crimen, aut qualecumque Nulla pro-  
homicidiū, requirit, ut ea sint facta post Bap-  
tismum: secus de ea, que ob bigamiam incurrit, per Bap-  
tism. *cap. Si quis viduam d. 34. C. 50.*

71 Religionis professio approbat tollit irregu-  
laritatem ob natalium defectum. *Cap. 1. de filiis Professio  
Presbyteror. An alias etiam auferat section. 2. Religionis  
exponam.*

72 Summus Pontifex potest cum omni irre-  
gulari, etiam bigamo dispensare. Quia omnis Pontifex  
irregularitas vel sumnum inducta est præce. potest in  
pto Apostolico Sæpe tamen nullatenus expe-  
dit. Quia fieret cum graui scandalo, vel inde-  
pendentia, ut in scdē leprosis, aut illiteratis. Com-  
manter antem aliqua causa requiritur, ut om-  
nino licite fiat. *Coninch disputat. 18. n. 110. &*

73 Episcopus per Tridentinum *sef. 24. c. 5. po.* test dispensare in omni irregularitate proue. *Episcopus*  
niente ex crimen occulto, etiam mutilatione *disperfat*  
voluntaria, ut declaravit Congregatio Cat- *inea, que*  
dinalium: excepto homicidio voluntario. Su- *prævenit ex*  
rius *disputation. quadragesim. quart. section. 2. crimine oc-*  
*culo. numer. 4.*

74 Potest idem dispensare in homicidio casuali  
occulto, quale etiam reputatur commissum in *Et ex homi-*  
sui defensionem excedendo iusta tunc modi-  
cidiocas/ua-  
deramus: ut etiam ex subita ira commissum, *b.!*  
In his omnibus solum possunt dispensare, qui  
ex priuilegio possunt dispensare in omni irre-  
gularitate non contracta ex homicidio vo-  
luntario, aut bigamia. Est omnium.

75 Poteſt præterea Episcopus dispensare cum  
illegitimo ad Ordines subcipiendum minores, *Et ex ille-*  
& beneficium simplex. *ca. de filiis, Presbyteror, gitimate,*  
excepto Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, qui  
Ordinem Sacrum requirit. *Tridentin. sess. 24.*

*cap. 1. 2.* **Q**ui multa delicta perpetravit, ob qua ir-  
regularitatem incurrit, si sint eiusdem rationis, *Quomodo*  
verbi gratia, si excommunicatus saepius cele-  
brauit, in petenda dispensatione sufficit, *referenda*  
delicta ad  
vniam exprimere. Secus si diversa rationis el- *dispen*  
sent, v. c. si violasset Censuram, & homici- *satione*  
petendam.  
F f 3 titus

# 334 Theologiæ Moralis. Liber III.

tius celebrasset: tunc enim totum narrandum esset. *Auila p. 7. d. 10. dub. 3. Nauar. sum. in addit. ad c. 27. n. 32.* Vbi allegat Curia stylum. *Henr. lib. 14. cap. 7. numer. 5.* Porro hi tantum in priori casu adserunt exemplum in eo, qui sepius celebravit excommunicatus, quod

certum esse non dubito. In homicidio tamen cum crimen patrate putarim, hanc conclusionem exceptionem pati. Nam qui plures homines occidit, videtur plures irregularitates contrahere. *Suar. disputation. 44. section. 3. num. 28.*



## SECTIO SECUNDA.

### De Irregularitate, Dubia.

#### DUBIVM II.

##### CAPUT XV.

###### Circa causas Irregularitatis.

#### DUBIVM I.

##### An solus Pontifex possit Irregularitatem indicere?

<sup>77</sup>  
Non solum  
Pontifex,  
sed & alij  
possunt.

<sup>78</sup>  
Solum Poni-  
fex potest.

<sup>79</sup>  
Hoc certū.

**N**O solum Pontifex id potest, sed & alii ad eam potestas indi- cendi irregularitatem. Quia nulli videtur prohibitum iudiciis Pontifici inferioribus irreg- ularitatem alicui indicere ob delictum com- missum. Si enim possunt depositionem, & de- gradationem inferre quae grauior sunt peccata, cur non poterunt irregularitatem? Sic So- tus in 4. dist. 2. 5. ques. 1. Gabriel. lect. 9. in canon. lit. D.

Solus Pontifex potest indicere irregularita- tem. Quia irregularitas non incurrit nisi in casibus à iure expressis. Cap. 1s. qui, de sentent. excommunicatione. At nullus alius à Pontifice potestatem habet ius condendi: Ergo a nullo alio, quam à Pontifice irregularitatem indicari potest. Ita Suarius disputation. 40. section. quart. numer. septim. Bonac. tom. prim. disputation. septim. question. prim. part. secund. numer. 1. & 2. Auila part. 7. disp. 1. fine. & alij communiter.

Hoc certum esse credo. Quia omnibus iudicibus Pontifice inferioribus hac po- testas est derogata in Cap. 1s. qui. Ibi enim expresse dicitur irregularitatem con- trahi non posse nisi in casibus à iure ex- pressis. Si autem alij à Pontifice, possent irregularitatem indicere, iam extra casus à iure ex- pressos irregularitas contraheretur.

*Episcopus comprehenditurne subge- nerali lege Irregularitatem inducentem*

**Q**uoad causam materialē seu subjectivā. <sup>80</sup> Quam irregularitatis constar ex communi sententia feminam esse non posse, quia non potest Ordines recipere. Vnde subjectum irreg- ularitatis necessario debet esse vir: & non vir quicunque sed baptizatus. Quia vir Sacra vnde non dilutus non tam iure Canonico, quam diuino ab Ordinibus est exclusus. Pre- terea est incapax sumamus Pontifex. Quia non subditur legibus quoad vim coercitum. Dubitamus vero de Episcopo, num sub lege gene- rali irregularitatem indicente aduersus quocumque fideles comprehendantur?

Non comprehenditur. Quia propter Pon- <sup>81</sup> tificiam dignitatem videtur generali legi non prelatis comprehendendum, nec huiusmodi pena de- bere affici, nisi specialis de eo mentio hat. Faut. C. *Quia periculum, de sent. excom. in 6. Vbi à censura suspensionis, & interdicti excipiuntur Episcopos. Ergo & ab aliis iuriis penis, nisi exprimatur. Sic Maiol. 1. 4. de irreg. cap. 1. num. 7.*

Comprehenditur quidem. Quia eo ipso, quo in prædicto Cap. *Quia periculum Episcopos à diu- censura suspensionis & interdicti excipiuntur, colligitur sub aliis censuris ac penis compe- hendi, exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis. Ita Soart. d. 40. c. 8. 7. num. 6. Bonac. 20. 1. d. 7. q. 1. pun. 2. n. 8. Hurtad. de ire- gul. diffic. 7. n. 26.*

Dicendum est. Episcopum omnino compre- hendi. Quia nullo texu excipitur. Vnde si <sup>82</sup> Episcopus aliquem occideret, vel excommuni- catione ligatus celebraret, irregulatis foret si- cuti quilibet alius Clericus.

#### DUBIVM III.

*Si culpa irregularitati obnoxia, lateat libera- turne ab irregularitatis incursione?*

**C**ertum est, ad irregularitatem incurrendam <sup>83</sup> *Quasi pri- necessario requiri actum externū esse, mo statu- con-*